

121

xpi adhuc debiles et non dum in spiritu solibati talia dici audientes indignabantur propterea ipse dominus humilitatis magister et illis duobus quod quid peteret nesciret rudit et alios ut ambitionem euitarent admonuit. Quoniam autem propter illarum picilitatem multi in hoc sermone ab aliqua ambitionis detestatione explicabimur de qua tria misteria erant declaranda.

Primum de offensione. Quod ambitio est peccatum tuum quod procedit a superbia

Secundum de distinctione. quod contrariae caritati tuum quod apponit magnanimitati et quot modis honor appetitur. **Ca. i.**

Tercium de abhominatio. **P**rimum misterium de ambitione de offensione. Offendunt ambiciose graviter deum quod probatur ab **Al. m. ij. su. et tho. ij. q. c. xij.** triplici ratione primo ratione originationis secundo ratione contraria

tercio ratione oppositionis. **P**rimo ratione originationis. Sic fructus est infectus qui ex infecta radice generatur ita et actus humanus qui procedit ex peccato oportet quod sit peccatum. Sed ambitio quae est inordinatus appetitus honoris procedit ex peccato ergo ipsa est peccatum.

Inquit enim augustinus in libro de vera religione. Quod ambitio procedit ex superbia et cupiditate. Sed superbia et cupiditas sunt peccata. pro ut autem per potentiam vel dignitatem intendit quis acquirere appetitum et excellentem honorificentiam. Sic omnis ambitio ex superbia. Sed putat quis intendit acquirere per huiusmodi sufficientiam seu reze abundantiam sic dicitur ambitio ex cupiditate. Secundo probatur quod ambiciose offendunt et peccant ratione contrariationis quod omne illud quod repugnat et est contrarium caritati est peccatum. Sed ambitio repugnat caritati ideo est peccatum.

Dicit namque apostolus in corinthios xij. Caritas non est ambiciosa. sed in glo. sibi non vult alij proponi. Caritas enim diligit proximum sicut seipsum. Et ideo non vult eum subicere sibi sed socium esse appetit servire proximo et non sibi serviri sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare ut dicitur in principio euangelio. Tercio ostenditur quod ambiciose offendunt et peccant ratione oppositionis. Omne enim quod opponitur virtuti morali quae est secundum regulam rationis peccatum est. Sed ambitio opponitur magnanimitati quae est virtus moralis secundum philosophum in ethicis. Ergo est peccatum magnanimitati sicut deinde aduersatur ambitio sicut inordinatum ordinatum. Undum tamen secundum **tho.** Quod honor importat quendam reuerentiam exhibitam alicui in testimonium excellentie vel virtutis eius. Circa excellentiam autem hominis duo sunt attendenda. Primo quidem quod id in quo homo excellit non habet a se ipso sed est quasi quoddam in eo diuinum et ideo ex hoc non debet sibi principaliter honor fieri ipsi deo. Secundo autem attendendum est quod id in quo excellit datur homini a deo ut ex alijs proficit. Unde in tunc debet homini placere testimonium suae excellentie quod ab alijs exhibetur in quantum ex hoc paratur sibi via ad hoc ut alijs proficit. Et ipsi ergo ostendit appetitum honoris esse inordinatum. Primo modo quod appetit homo testimonium de excellentia quam non habet quod est appetere honorem supra suam proportionem ut si malus desideret honorem ac si esset bonus et nihil curans de virtute desideret regimen et presentiam que non debetur nisi virtuosus. Et hoc refert augustinus in li.